



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXIII. Markgraf Ludwig genehmigt die von seinem Vater, dem Römischen Könige, der Stadt Prenzlau gewährten Zugeständnisse, am 19. April 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LXIII. Markgraf Ludwig genehmigt die von seinem Vater, dem Römischen Könige, der Stadt Prenzlau gewährten Zugeständnisse, am 19. April 1325.

Nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod literas seu privilegia fidelibus nostris consulibus atque Burgenfibus de Primslavia per serenissimum principem dominum ac genitorem nostrum carissimum, dominum Ludovicum, Romanorum Regem, super quibuscunque causis seu articulis data et concessa, uolumus in toto et in parte inuolabiliter rata et placida obseruare et ipsis in nullo penitus contraire. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus presens scriptum, presentibus nobili viro domino Gunthero, comite de Lindow, Thiderico de Kerckow, Hermanno de Reder, militibus, Segero, preposito Stendaliensi, et Henningo de Blanckenborg, cum aliis fide dignis. Datum Primslauie, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. quinto, sexta feria ante dominicam Misericordia domini.

Aus einem Copialbuche.

LXIV. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Prenzlau, für die Nichtigkeits-Erklärung ihrer den Herzögen von Pommern ausgestellten Verschreibungen zu sorgen und sie wegen des gegen Mecklenburg geleisteten Widerstandes schadlos zu halten, am 19. April 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, Dux bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, fatemur et recognoscimus literas per presentes, quod cum fidelibus nostris Burgenfibus de Prinzlauia propter fidelitatis homagium nobiscum beneuolencia exhibitum conuenimus et placitauius in hunc modum. Inprimis enim quod debeamus, si poterimus, literas per eosdem nostros burgenfes datas dominis ducibus Stetinenfibus disbrigare, in Amicia vel in iure. Quod si nos hoc facere non poterimus, tunc id facere debet serenissimus princeps dominus ac genitor noster serenissimus dominus Lodovicus, dei gracia Romanorum Rex, secundum decretum fidelium Imperij. Et ad premissorum certitudinem maiorem, procurabimus infra hinc et festum penthecostes proximum, quod Consules ciuitatum nostrarum Berlin, Spandow et Struceberg, vel loco Struceberg, bernowe promittent pro nobis, quod promissa debeamus firmiter et fideliter adimplere. Actum quoque est, quod octingentas marcas argenti, debeamus refundere talibus nostris burgenfibus de Prentzlaw, qui eas exposuerunt pro terrarum tuncione et vt subterfugerent homagium, quod dominus Magnopolensis sibi fieri postulabat, et talem summam debebimus talibus creditoribus cum bonis per duces stetineses et dominum magnopolensem in nostro dominio alienatis seu per modum alium ipsis placidum et rationabilem refarcire. Insuper debita vniuersa, que Illustris quondam Woldemarus, Marchio Brandenburgensis, ipsis nostris Burgenfibus et ciuitati obligatus permanfit, queque rationabiliter demonstrare poterint, volumus eisdem per omnia refundere expedite. Demum super dampnis, que predicta nostra ciuitas perpessa est,